

*Oratio humilis nubes penetrabit.*

Léctio libri Sirácide

35, 15b-17. 20-22a

<sup>15b</sup> **D**óminus iudex est,  
et non est apud illum glória persónæ.

<sup>16</sup> Non accípiet persónam in páuperem  
et deprecaciónem læsi exáudiet.

<sup>17</sup> Non despíciat preces pupílli nec víduam,  
si effúndat loquélam gémitus.

[18-19]

<sup>20</sup> Qui adórat Deum, in beneplácito suscipiétur,  
et deprecátio illíus usque ad nubes propinquábit.

<sup>21</sup> Orátio húmilis nubes penetrábit  
et, donec propínquet, non consolábitur;  
et non discédet, donec Altíssimus aspíciat,  
et iudex iustus fáciat iudícium.

<sup>22a</sup> Et Dóminus non tardábit.

Verbum Dómini.